

*Isidorus, Kardinalbischof von Sabina, erteilt den Besuchern der Kapelle St. Mamerta in Triesen Ablass.*

*Or. (A), PfarrA Triesen, U5. – Pg. 45,6/34,6 (Plica 7,3) cm. – Siegel besch., Siegelbeschreibung und Abb. bei Liesching/Vogt, Siegel, S. 126, Nr. 118. – Rückvermerk (17./18. Jh.): Centum dies indulgentiarum in capella sancti Mamerti 1461 prima octobris. Pontificatus sanctissimi papae Pii secundi anno quarto.*

*Regest: Büchel, Pfarrei Triesen, S. 14.*

I<sup>1</sup> ‡ Isidorus<sup>a)</sup> ‡ Sabinensis<sup>1</sup> miseracione divina sacrosancte Romane ecclesie episcopus cardinalis, || I<sup>2</sup> universis et singulis Christi fidelibus praesentes litteras inspecturis visuris pariter et audituris salutem in domino sempiternam. Splendor || I<sup>3</sup> paterne glorie, qui sua mundum ineffabili illuminat claritate, pia vota fidelium de ipsius clementissima maiestate sperancium || I<sup>4</sup> tunc precipue benigno favore prosequitur, cum devota ipsorum humilitas sanctorum precibus et meritis adiuvatur. Cupientes I<sup>5</sup> igitur, ut capella sancti Maumartini in Drisen<sup>2</sup> Curiensis diocesis congruis frequetur honoribus et ut Christi fideles eo libencius I<sup>6</sup> devocationis causa confluant ad eandem, quo ibidem dono celestis gratie uberior se noverint fore refectos et a Christi fidelibus iugiter I<sup>7</sup> veneretur. De omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi omnibus et I<sup>8</sup> singulis vere penitentibus contritis et confessis, qui dictam capellam in nativitatis pasche penthecostes domini nostri I<sup>9</sup> Jhesu Christi sancti Galli et ipsius capelle dedicacionis festivitatibus et celebritate huiusmodi visitaverint annuatim et I<sup>10</sup> ad reparacionem ac conservacionem edificii calicum librorum aliorumque ornamentorum pro divino cultu inibi necessariorum I<sup>11</sup> manus quo cienscumque porrexerint adiutrices, nos cardinalis prefatus pro qualibet die ipsarum festivitatum et celebritate I<sup>12</sup> huiusmodi centum dies indulgenciarum de iniunctis eis penitenciis misericorditer in domino relaxamus presentibus vero perpetuis I<sup>13</sup> futuris temporibus duraturis. In quorum omnium fidem et testimonium premissorum presentes litteras nostras exinde fieri nostrique cardinalatus I<sup>14</sup> sigilli iussimus et fecimus appensione communiri. Datum Rome in domibus nostre solite residencie sub anno a nativi- I<sup>15</sup> tate domini millesimo quadragesimo sexagesimo primo die vero prima mensis octobris, pontificatus sanctissimi I<sup>16</sup> in Christo patris et domini nostri domini Pii divina providencia pape secundi anno quarto.

a) *Initiale I 13,5 cm lang.*

<sup>1</sup> *Isidor von Thessalonike, 1452-1462 Kardinalbischof v. Sabina. – <sup>2</sup> Kapelle St. Mamerta in Triesen.*